Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-604464-p0001-2

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-604464-p0002-8

NVPTIIS

# ORNATISS. PRV-
DENTISS.q; VIRI DN. IO-
HANNIS BOHNI, CIVIS BERN-
BVRG. AC HEREDITARII
IN VVALDA, &c.
SPONSI,

Cum

# *HONESTISS. PVDI-*
CISSIMAQVE VIRGINE ELI-
ZABETHA, VIRI REVERENDI
ac doctiſs. Dn. NICOLAI KINDII, Pa-
ſtoris quondam Eccleſiæ Serveſtanæ ad D. Bar-
tholomæi, ac illuſtris Gymnaſij ibidem
profeſſoris digniſſimi relicta
F.

Carmina fauſtæ apprecationis gratiâ
nuncupata ab amicis,

Quorum ſuis ſingulorum verſibus no-
mina ſunt adſcripta.

Serveſtæ Typis Iohannis Schlerij
Anno M. DC. II.

73.
80

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-604464-p0003-3

73.

# ALLVSIO
AD
# NOMINA IANI BONI ET ELISABETHÆ KINDS
NVPTIAS CONTRAHENTIVM BOno nomine & omine luſa & fuſa à Muſa
HEINRICI AB EICHEN VRSORVM EQVITIS.

*MIra fides, ſed vera fides: audite canentem*
*Auſa BONI, juvenis nomine req́ʒ boni.*
*Duxit is INFANTē, quæ jam ſibi denuò nubit,*
*Nec timet in thalamum Sponſe venire tuum.*
*Res mihi plena metus, ſed ſi promiſſa recordor,*
*Non trepidat Sponſum virgo tenella bonum.*
*Si bonus, ergo BONVM bona jam quoqʒ tangit, & uxor*
*Angit: at infantes ſunt, BONE, rite bonæ.*
*Rite bonæ, formaq́ʒ Deæ, genus, ipſa quod ornat*
*Sic Venus, in roſeis ſi venus eſt qua genis.*

*Sic tua ſic INFANS, ſic ſunt ambæ vsq; ſorores,*
*Qui videt Has, Charites Naiadesq; videt.*
*DOROTHEAM FABER aſcivit, Faber ille Deorum,*
*Illa virum Fabro non minus arte parem.*
*At pater INFANtum, licet ipſe feratur & IN-*
*INFAns in ſacris non tamen eſt habitus: (fās,*
*Hinc INFANS lavat infantes: nunc vivit, & VRSVM*
*Dum juvat, ingenium nec rude natus habet.*
*Vos Sorabi teſtes, ac aula: quid inde boni? quid*
*Inde boni, fœlix tàm, BONE, gente bona?*
*Sis BONE mente bonâ, nam qui bonus ante fui-*
*Optimus è patribus nunc pater eſſe potes. (ſti,*
*Aſt INFans quæ nuper erat, nunc vxor, at olim*
*Mater vt ELISABEth, mater & vxor erit.*
*Mater & vxor anus, quâ ſalvâ, & ſalva BO-*
*Linea, nunc vno linea nixa BONO. (norum*
*Sunt rari jam namq; boni: patriæ obdet at Infans*
*Probra per infantes, & BONVS ipſe, bonos.*
*INFANTI da Chriſte BONOS, infantibus es*
*Tam bonus, ac Sponſo vis bonus eſſe Bono (qui*
*Sic tua tàm bonitas, bona quàm vulgabitur IN-*
*INfans nupta viro nomine req; bono. (FANS,*

EIVS.

# EIVSDEM HEXASTICHON AD COLLVSORES SVOS, POETAS OPTIMOS.

*ANſer ego doctos veni vos inter olores,*
*Incautè factum eſt, vivere me ſinite.*
*Vivere quē voluit, vitæ dum nulla (ſcit*
*Spes ſuper, oratus per pia vota Deus. (VRſus)*
*Si redeo, faciam ut placeam, nunc torrida febre*
*Facta, parum, fateor, Muſa nitoris habet.*

---

## Ad Reverendum, pietate, doctrina, dignitateque præſtantem virum, Dn. THEODORVM FABRICIVM, Eccleſiæ Bernburg. antiſtitem, finitimarumq́ue inſpectorem vigilantiſſ. amicum & compatrem honorandum.

Ἐλεγείδιον παραιτητικόν.

OMnia fert ætas: facies bona carpitur annis,
Nec vis ingenij quæ fuit, vſq; manet.
Sic veteres me deficiunt in carmina vires,
Acer vt ætatis languit ille vigor.
Quid vis ergo, meos non vltimus inter amicos,
Atq; illibatæ Relligionis amor?
Quid tibi vis, FABRICI, humoris qui prorſus egeno
Poſcis Hyantæi è pumice fontis aquam?
Soluite quum vector quàm ſegnior ilia ducat;
Ac circo riſum præbeat atque ſales.

Et me tempus equi eſt fumantia ſoluere colla,
Attritæque manu ponere plectra lyræ.
Ne tamen officio videar malè functus amici,
Orantiſque tuas deſtituiſſe preces:
Vota Palæſtina Solomoni condita Muſa,
Ad Latiam recinens quæ modulata fidem
Munus amicorum thalamo commune jugali
Hinc dixi, affini nunc ego mitto tuæ.
Quæ ſocero prognata tuo, doctoque, pioque,
Nubit honorato ſtirpe fideque viro.
Par bene compoſitum: Serueſtæ gloria virgo,
Arctoæ iuuenis non leuis arcis honor.
Sit requies precor illa Dei, quod nomine ſpondet:
Compleat & fatum nominis ipſe ſui.
Euenient: generi ne ſit bene namq; piorum,
Non potis eſt mundus, non prohibere Satan.

*Gregorius Berſmanus.*

## PSALMVS CXXIIX. SOLOMONIS,

Commendans omnibus hominibus, inprimis verò coniugibus, timorem Dei, & manuum laborem, vtrumque ad vitæ beatitudinem ſummopere neceſſarium.

*O Ter beatum, quem Domini timor*
*Recto gubernat tramite, nec ſacrà*
*A lege divorſum ſalebris*
*Devius inſinuavit error!*
*O te beatum, quisquis es aut eris!*

*Nam,*

Nam, ſorte quamvis paupere ſis, tui,
IOVA benigno, te laboris
Fenus alet. Facilem ille abundè
Victum refundens, vt bene ſit tibi
Cornuq́ꝫ pleno copia ſuppetat;
Rumore vortant ac ſecundo
Cuncta operum tibi proſperabit.
Ceu vitis arctans palmite coniuge
Vlmos maritat; ceu viridi domum
Incingit amplexu ſtolonum:
Sic tua te ſobolis feraci
Stipabit vxor germine liberûm
Menſam ambientûm, crebro vti termite,
Non mentiente ſpem coloni,
Arborem oliua onerans renodat.
Hæc ſunt timenti numinis à Deo
Promiſſa vitæ commoda, quæ manent,
Euentibus rerum inuidendis,
Corde Deum ingenuo colentem.
Rector Sionis, celicolûm parens
Lauto bonorum te cumulo obruet,
Vrbemq́ꝫ ſedem qua locaſti,
Commoditate beabit omni.
Florente pacis quo Solyma bonis

Atqꝫ

*Atq; Iſraëlis incolumi ſtatu,*
*Natosq́;, natorumq́; tecum*
*Progeniem aſpicias beatam.*

---

IN NVPTIAS

Virtute & genere præſtantis Iuvenis Ioh. Boni, & honeſtæ virginis Eliſabethæ Kindin, &c.

ESſe quid hoc dicam, noſtri quòd filia Kindii
Nubit Nepoti Truckerodij BONO?
Scilicet, ut Kindî mores Truckrodius olim
Formauit, & ſtudijs adaptavit bonis:
Truckenrodiadæ ſic Kindiadis quoque blando
BONI ſubeſſe diſcat imperio viri.
Sic erit, ut Kindi, Truckenrodijſque nepotes,
Serieque longa poſteri horum prorogent,
Cum genere inſigni, morum decora ampla bonorum,
Plantarijſque repleant terram & polos.

*Iohannes Theopoldus.*

---

# ΟΡΜΗΤΗΡΙΟΝ
## NVPTIALE.

*FEmina plaſma Dei concinnum eſt,*
*Teſtis amoris,*
*Quo complexa virum Gratia dia fuit:*
*Feſtus*

*Ferreus eſt igitur juvenis, qui temnit amores,*
*Conſiliumq́ʒ ſui deſpicit ille Dei.*
*Non tamen illicitæ capiare libidinis æſtu,*
*Si templum caſti numinis eſſe iuvat.*
*Caſta Deus mens eſt, caſto vult pectore amari,*
*Et caſti tantum pectoris hoſpes adeſt.*
*Sed quis caſtus amor, quæve eſt conceſſa libido?*
*Eſt ſolum caſtus CONNUBIALIS AMor;*
*Coniugij precioſus amor ducatur ab omni*
*Terrigena, lecti ſalva ſit atqʒ Fides.*
*Ergò favete novis omnes bona dicite verba*
*Sponſis, combinat quos ſocialis Hymen,*
*Et vos, quos ſacer urit amor perſiſtite amantes,*
*Seu ſors blanda favet ſive repugnat item:*
*Sicut Thariaden dilexit Sara, Rebeccam*
*Arſit ut Iſacus ſorte in utraqʒ ſuam:*
*Amplexare tuum KINDI lectiſsima proles*
*Sic Sponſum, Nuptam tu probe IANE tuam.*
*Omnia vincit amor tædalis tædia vitæ,*
*Inſtinctu ſummi Numinis ortus amor.*
*Semper amate Deum, nec nō vos Mutuò amate;*
*Evenient vobis aurea ſecla Polo.*

B EYXH

# ΕΥΧΗ.

Χρήσιμόν ἐστι λέχος πολυήρατον, ἀγνὴ ἐφετμὴ
Καὶ ἐν πᾶσι γάμος τίμιος ἔστω ἀεὶ:
Αὐτὸ λέχος ἢ πέλει πολύμοχθον καὶ πολυκηδὲς
Τῆς τε ἀτασθαλίης, ἀμπλακίης τε χάριν.
Ἄμμε μόνον τέρπη, ὅτι μὴ καλὰ καλὰ γίνεσθαι
Ἐκ κραδιᾶν ἀγαθὸν χρὴ φιλέουσι θεὸν.
Τοὔνεκεν ἀρχηγὸν θαλάμου δέομαί σε ἐόντα,
Ὦ πάτερ οὐλύμπου ἀστερόεντος ἄναξ,
Μνηστῷ καὶ μνηστῇ εὐρήμει, πᾶσιν ἀλάγκων
Πόῤῥω δυστυχίην, εὐθυχίαν τε διδοὺς,
Εὐκρασίην, ὄλβον, πολυτεκνίαν, ἠδ᾽ ὁμόνοιαν,
Μακρόβιον βιοτὴν, χάρματα κλειτὰ πολοῦ.

M. Cunradus Reinhardus
Eccleſiæ Hatzkerodenſis
Paſtor.

---

# ΕΥΧΗ ΓΑΜΙΚΗ.

*Vota movent IOVAM benè CHRIſti*
*nomine facta: ( mo.*
*Quæq; tenet, votis impetrat æger ho-*
*Dum datur ergo pio FAB O pia Kindia nuptũ,*
*Stat pia pro thalami vota ſalute dare.*
*Nam ſ.bi demeritũ genus Aonidasq́;, Themimq́;,*
*Chr.ſtiadasq́; mori grata Camœna vetat.*

No

Nec ratas Sponſi dotes Sponſæq; celebro:
Dulce ſui fulget ſi dus uterq; chori.
Vota fero: votis thalami ſator annuat almus,
Et ſacer hoc ſacrum proſperet auctor opus.
Chriſtus aquas Canæ generoſo nectare mutans,
Nectare mutet aquam ſi qua bibenda venit.
Perpetuo locuples effundat Copia Cornu
Omnes, quas vitæ poſtulat vſus, opes.
Ad thalamum Charites ſtent mutuo amore fla-
Connexæq; ſuas ſemper vtrasq; manus. (grãtes
Dulcis enim thalami res Gratia condit amaras,
Mutuaq; his lucet lux, amor, atq; fides.
Aßideat thalamo caſtus cum compare Turtur,
Stridula coniungens cum pare roſtra ſuo.
Turtur enim certare viro cum coniuge monſtrat
Dotibus, officiis, curâ, & amore pari.
Vmbriferum tegmen det lecto Olea inſita viti,
Et Bronnos fructus Palladiosq; ferens.
Pacis oliva piæ (pax eſt dos maxima tedæ)
Et grave fecundi pignus amoris erit:
Vt FABIVM pulcrâ Fabiorum prole beata
KINDIA, Lucinâ ſæpè favente, beet.
Palladia vivax ſidat ſuper arbore Cornix,
Significans Pylios ſed ſine nube, dies.

*Hacq; ſuper rutilo leve libret in aere corpus,*
*Et mordace carens felle Columba gemat:*
*Nempe repræſentans hac Flamen imagine viſum*
*Cum Patris ac Nati Numine Numen idem.*
*Flamen id hæc firmo compingens omnia nexu,*
*Faxit in una ambos vivere carne pios.*
*Hoc peto, ſed tedæ ſator addat plura petitis.*
*Rectorum ſobolem curat amatq; DEVS.*

M. Ioh. Fertſchius Ludi
Bernburg. R.

Nr 1996
8
ULB Halle 3
002 063 808
nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!
28 a / 50 1996 /
VD 17
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-604464-p0015-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-604464-p0016-5

PRV-

DN. IO-

VIS BERN-

ITARII

&c.

*PVDI-*

GINE ELI-

VERENDI

KINDII, Pa-

ſtanæ ad D. Bar-

naſij ibidem

i relicta

ationis gratiâ

nicis,

verſibus no-

ota.

nis Schlerij

II.